

CICERÓN, De nat. deor. II, 152

El hombre crea con sus manos una segunda naturaleza.

Terrenorum item commodorum omnis est in homine dominatus: nos campis, nos montibus fruimur, nostri sunt amnes, nostri lacus, nos fruges serimus, nos arbores; nos aquarum inductionibus terris fecunditatem damus, nos flumina arcemus, derigimus, avertimus; nostris denique manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur.

Notas:

En la primera frase el orden habitual será—*Terrenorum item commodorum omnis dominatus in homine est.*

Objetivos:

Repaso de la conjugación regular, verbo sum y verbos deponentes.

Repaso de las declinaciones: aqua, campus, homo, flumen, amnis, mons, lacus, res.

Repaso de la declinación de adjetivos: noster, -a, -um; omnis, -e.

CÁESAR, B. G. VI, 21,1-3 y 22,1

Costumbres de los germanos.

Germani multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student. Deorum numero eos solos ducunt quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur: Solem et Vulcanum et Lunam; reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit; a parvis labori ac duritiae student...

Agri culturae non student, maiorque pars eorum victus in lacte, caseo, carne consistit.

Neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios.

Notas:

Ducunt: consideran, incluyen.

Ne ... quidem: ni siquiera.

Victus, victus: alimento.

Neque quisquam: y no alguno = y nadie, ninguno

Objetivos:

Oraciones de relativo.

Repaso de pronombres: hic, haec, hoc; qui, quae, quod; is, ea, id; quisquam, quaequam, quodquam, quidquam.

CÃ SAR, B. G. VI, 17, 3-4

Ofrendas de los galos al dios Marte

Huic (Marti), cum proelio dimicare constituerunt, ea quae bello ceperint plerumque devovent; cum superaverunt, animalia capta immolant reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos tumulos locis consecratis conspicari licet.

Notas:

Quae... ceperint: en subjuntivo porque tiene matiz condicional

Objetivos:

Valores de CUM.

CÃ SAR, B. G. II, 17, 1 y 18, 1

Lugar escogido para el campamento

His rebus cognitis, exploradores centurionesque praemittit, qui locum idoneum castris deligant... Loci natura erat haec, quem locum nostri castris delegerant. Collis ab summo aequaliter declivis ad flumen Sabim quod supra nominavimus, vergebat.

Notas:

Sabim: forma arcaica del acusativo singular

Objetivos:

Oraciones de relativo con valor adverbial y con repetición del antecedente

CICERÃ N, Tusc. disp. V, 20

Jerjes insaciable.

Xerxes, refertus omnibus praemiis donisque fortunae, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus, praemium proposuit qui invenisset novam voluptatem. Qua ipsa non fuit contentus; neque enim

umquam finem inveniet libido.

Notas:

praemium proposuit (ei) qui...

invenisset: ¿valor potencial 'hubiera podido encontrar' o matiz condicional?

Objetivos:

Oraciones de relativo sustantivadas

Oraciones de falso relativo

TÃ CITO, Germ. 12

Castigos de los germanos

Distinctio poenarum ex delicto. Proditores et transfugas arboribus suspendunt, ignavos et imbelles et corpore infames caeno ac palude, iniecta insuper crate, mergunt... Sed et levioribus delictis pro modo poena: equorum pecorumque numero convicti multantur; pars multae regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur, vel propinquis eius exsolvitur.

Notas:

Sed et ... poena (est): pero tambiÃ©n...

Objetivos:

valores de los casos: dativo posesivo

CÃ SAR, B. G. IV, 37, 2-4

Los soldados de CÃsar se defienden valientemente

Qua re nuntiata, Caesar omnem ex castris equitatum suis auxilio misit. Interim nostri milites impetum hostium sustinuerunt atque amplius horis quattuor fortissime pugnaverunt et, paucis vulneribus acceptis, complures ex his occiderunt. Postea vero quam equitatus noster in conspectum venit, hostes, abiectis armis, terga verterunt magnusque eorum numerus est occissus.

Notas:

Postea... quam = posteaquam

Objetivos:

Valores de los casos: doble dativo, genitivo partitivo

Segundo término de la comparación en ablativo.

CICERO N. Pro Arch. 5

Arquias es un poeta de reconocido prestigio.

Erat Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum, studiaque haec et in Latio vehementius colebantur quam nunc iisdem in oppidis et hic Romae propter tranquillitatem reipublicae non neglegebantur: itaque hunc (Archiam) et Tarentini et Regini et Napolitani civitate caeterisque praemiis donarunt, et omnes qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt.

Notas:

Et in Latio ... et hic...: tanto en el Lacio como aquí...

Et Tarentini et Regini et Napolitani...: no sólo... sino también... y...

Donarunt = donaverunt

Existimarunt = existimaverunt

Objetivos:

Valores de los casos: segundo término de la comparación; locativo; predicativo

CÁ SAR. B. C. I. 37

Fabio, jefe de las tropas cesarianas en Hispania.

Dum haec parat atque administrat, C. Fabium Legatum cum legionibus III, quas Narbone circumque ea loca hiemandi causa disposuerat, in Hispaniam praemittit celeriterque saltus Pyrenaeos occupari iubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato praesidiis tenebantur. Reliquas legiones, quae longius hiemabant, subsequi iubet. Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate praesidium ex saltu deiecit magnisque itineribus ad exercitum Afrani condendit.

Notas:

Parat... administrat: el sujeto es César.

Narbone circumque ea loca: variatio.

Objetivos:

Gerundio

TITO LIVIO, XXI, 11, 3

AnÃ-bal da descanso a sus tropas.

Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis, Hannibal, quia fessum militem proeliis operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit, stationibus ad custodiam uinearum aliorumque operum dispositis. Interim animos eorum nunc ira in hostes stimulando, nunc spe praemiorum accendit.

Notas:

militem: aquÃ-en sentido general, ejÃ©rcito.

vinearum: galerÃ-as, mÃ¡quinas para el asalto de las ciudades.

Objetivos:

Gerundio y gerundivo

CICERÃ N, De nat. deor. II, 151

El hombre, dominador de la naturaleza

Efficimus etiam domitu nostro quadripedum vectiones quorum celeritas atque vis nobis ipsis adfert vim et celeritatem. Nos onera quibusdam bestiis, nos iuga imponimus; nos elephantorum acutissimis sensibus, nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur; nos e terrae cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam, nos aeris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus et ad usum aptas et ad ornatum decoras.

Notas:

et ad ... et ad ...: no sÃ³lo para... sino tambiÃ©n para...

Objetivos:

gerundivo

CÃ SAR, B. C. I, 40

Escaramuzas entre las tropas de Fabio y las de Pompeyo

Fabius finitimarum civitatum animos litteris nuntiisque temptabat. In Sicore flumine pontes effecerat duos inter se distantes millia passuum IV. His pontibus pabulatum

mittebat, quod ea quae citra flumen fuerant superioribus diebus consumpserat. Hoc idem fere atque eademde causa Pompeiani exercitus duces faciebant, crebroque inter se equestribus proeliis contendebant.

Notas:

Hoc idem (faciebant) atque eadem de causa

Objetivos:

Supino

SALUSTIO, Bellum Iugurth. 5, 1-2

Justificaci3n del tema del libro

Bellum scripturus sum quod populus Romanus cum Iugurtha, rege Numidarum, gessit, primum, quia magnum et atrox variaque victoria fuit, dehinc quia tunc primum superbiae nobilitatis obviam itum est. Quae contentio divina et humana cuncta permiscuit eoque vecordiae processit, uti studiis civilibus bellum atque vastitas Italiae finem faceret.

Notas:

magnum et atrox variaque victoria: variatio

itum est: pasiva impersonal

obviam: se construye con dativo

uti = ut (arca-smo)

eo...ut: correlaci3n con valor consecutivo

Objetivos:

Perifr3stica activa

S3 NECA, Ad Luc. 51, 5-8

Los placeres debilitan el esp3ritu.

Indurandus est animus et a blandi-mentis voluptatum procul abstrahendus. Una Hannibalem hiberna solve-runt et indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervaverunt fo-menta Campaniae. Armis vicit, vitiis victus est... Debellandae sunt in primis voluptates, quae, ut vides, saeva quoque ad se ingenia ra-uerunt... Fortuna

mecum bellum gerit; non sum imperata factururus. Iugum non recipio, immo, quod

maiore virtute faciendum est, excutio. Non est emolliendus animus

Notas:

Fomenta: delicias

Una ... hiberna: un solo invierno.

excutio: examino, considero.

Objetivos:

Perifr stica pasiva.

CICER  N, De amic. 86

Sin amistad la vida no es plenamente humana.

De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, et ii qui ad rem publicam se contulerunt, et ii

qui rerum cognitione doctrinaque delectantur, et ii qui suum negotium gerunt otiosi,

postremo ii qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam, si

modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere.

Notas:

Liberaliter: dignamente, como personas libres.

Otiosus:, alejado de la pol tica

Objetivos:

Verbos irregulares : volo

C SAR, B. C. II, 13, 1

C sar ordena una tregua con los marseleses.

Quibus rebus commoti legati milites ex opere deducunt, oppugnatione desistunt:

operibus custodias relinquunt. Indutiarum quodam genere misericordia facto, adventus

Caesaris expectatur. Nullum ex muro, nullum a nostris mittitur telum; ut re confecta,

omnes curam et diligentiam remittunt. Caesar enim per literas Trebonio magnopere

mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur.

Notas:

ut re confecta: en este caso la part cula *ut* va con el participio *confecta*, 'como terminada', 'como si estuviera

terminada'.

Objetivos:

Sustantivas introducidas por conjunción

CICERÓN, Pro Arch. 4

Comienzos del poeta Arquias

Nam ut primum ex pueris excessit Archias atque ab iis artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit, primum Antiochiae (nam ibi natus est loco nobili), celebri quondam urbe et copiosa atque eruditissimis hominibus liberalissimis studiis affluentibus, celeriter antecellere omnibus ingenii gloria coepit. Post in ceteris Asiae partibus cunctaque Graecia sic eius adventus celebrabantur ut famam ingenii exspectatio hominis, expectationem ipsius adventus admiratioque superaret. »

Objetivos:

Subordinadas adverbiales: temporales, consecutivas

LUIS VIVES, De ratione studii puerilis T. I

Elogio de la memoria.

Memoriam scito thesaurum esse totius eruditionis; quae si desit, non secus supervacuum est omnis labor quam si in pertusum dolium aquam infundas. Sed nemini tam infelix contingit memoria, qui non eam felicissimam possit reddere exercitatione; nihil est enim quod magis opere et labore gaudeat: nihil quod facilius corrumpatur et intereat quiete ac otio.

Notas:

Scito: imperativo de futuro.

Non secus... quam si: de la misma manera que si...

Objetivos:

Subordinadas condicionales potenciales y comparativo-condicionales.

CICERÓN, In Verrem II,5, 161

Verres azota a un ciudadano romano.

Agit hominibus gratias et eorum benevolentiam erga se diligentiamque collaudat. Ipse

inflammatus scelere et furore in forum venit. Ardebant oculi: toto ex ore crudelitas eminebat. Exspectabant omnes quo tandem progressurus aut quidnam acturus esset. cum repente hominem proripi atque in foro medio nudari ac deligari et virgas expediri iubet. Clamabat ille miser se civem esse Romanum, municipem Consanum; meruisse cum L. Raecio, splendidissimo equite Romano.

Notas:

benevolentiam erga se: 'su preocupaci3n y cuidado hacia el'

Exspectabant : *exspecto* es 'estar esperando con ansiedad.

Objetivos:

Interrogativas indirectas

CICER3N, In Cat. I, 1-2

Comienzo de la Primera Catilinaria.

Quo usque tandem abutere, Catalina, patientia nostra? Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? Patere tua consilia non sentis, constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis quem nostrum ignorare arbitraris? O tempora, o mores! Senatus haec intellegit, consul videt; hic tamen vivit.

Notas:

Quo usque = *quousque*

Abutere: 2ª persona del singular del futuro imperfecto de indicativo.

Quam diu = *quamdiu*

Quem ad finem = *ad quem finem*.

Nos eludet: se mofar3 de nosotros

Nihilne = *nihil* + *ne*

Horum ora vultusque: la expression del rostro de 3stos (es decir, de los senadores).

Objetivos:

Interrogativas subordinadas.

SALUSTIO, Bellum Cat. 31, 1

Alarma social ante los planes de Catilina.

Quipus rebus permota civitas atque inmutata urbis facies erat. Ex summa laetitia atque lascivia, quae diuturna quies pepererat, repente omnis tristitia invasit: festinare, trepidare, neque loco neque homini cuiquam satis credere, neque bellum gerere neque pacem habere, suo quisque metu pericula metiri.

Notas:

Omnis = omnes

Objetivos:

Infinitivo hist³rico

CICERŌ N, Ad familiares XIV, 8

Cicerŏn pide a su esposa que se cuide y le tenga informado de todo.

Tulius Terentiae suae sal.

Si vales, bene est; ego valeo. Valetudinem tuam velim cures diligentis-sime. Nam mihi et scriptum et nuntiatum est te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti de Caesaris litteris certiolem, fecisti mihi gratum. Item posthac, si quid opus erit, si quid acciderit novi, facies ut sciam. Cura ut valeas. Vale. Datae IV Nonas Iun.

Notas:

Sal.: salutem dicit.

Quod: conjunctiŏn sustantiva

Datae IV Nonas Iun.: Datae (litterae) ante IV Nonas Iunias.

Objetivos:

Construcciŏn impersonal de infinitivo.

CICERŌ N. In Verrem II, 5, 117-118

Verres maltrata a los prisioneros.

Includuntur in carcerem condemnati. Supplicium constituitur in illos, sumitur de miseris

parentibus: prohibentur adire ad filios, prohibentur liberis suis cibum vestitumque ferre.

Patres hi, quos videtis, iaciebant in limine matresque miserae pernoctabant ad ostium
carceris, ab extremo conspectu liberum exclusae: quae nihil aliud orabant, nisi ut
filiorum suorum postremum spiritum ore excipere liceret.

Notas:

Supplicium... sumitur de... : se toma castigo sobre, se castiga a...

Liberum: genitivo, equivale a liberorum.

Objetivos:

ConstrucciÃ³n personal de infinitivo